ANGELOMUS LUXOVIENSIS
Salzburg, St. Peter, um 850/859 Seite 16v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



materies accipi et uisibilem formam quam nunc
habet terra ista; Que bene inquam terra arida
uocatur; Quia sicut ignis propriae calorem et aqua
humorem. Ita quoque terra ariditatem habet;
congregationesque aquarum appellauit maria;
Notandum quod omnes congregationes aquarum
siue dulcessint, siue salse, iuxta idioma lingue
hebraice, maria nuncupantur; Sed in exame
ron iam dicti doctoris bede Ita legimus; fieri
inquit, potuit, ut terra ipsa longe latèque ius
su creatoris subsidens, alias partes prouberet con
cauas, quibus fluentes aque reciperentur, ut
apparerent arida; potest etiam non absurdè
Intellegi, accredi, rariores primarias fuisse
aquas, que uelut nebula, terras tegerent. Con
gregatione autem esse spissatas, quae datis sibi lo
cis capi possent, apparente arida in reliquis; et
bene ait in locum unum; quia iugi unda atque con
tinua oceano ac mari iunguntur magno, sequitur.
GERMINET TERRA HERBAM UIRENTEM. Et reliqua;
v ij Usque cui semen sit in semet ipso. Cur ait in semet ipso?
cum multae arbores non proferant fructum, ut in ipso
habeant semen; sed sciendum est, quia sine habent